

*Instrumentum venditionis di
Saracina e suo figlio Alessandro
a favore di Pietro de Saxo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Saracina e suo figlio Alessandro
a favore di Pietro de Saxo*

1207 aprile

† In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septimo, mense aprilis, decime indictionis, regnante domino nostro Frederico, Dei gratia excellentissimo rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, nono anno regni eius, feliciter, amen.

1

2

In presencia bonorum hominum et subscriptorum testium, nos Saracina et Alexander, de civitate Potencie, vendimus et tradimus tibi Petro de Saxo, civi et habitatori Potencie, unam nostram vineolam et terrulam, sitas in contrata Taure, hiis finibus circumdatam: ab oriente rivus, a meridie tenet Robbertus de Satriano, ab occidente tenet Girardus de Sancta Maria et a septen/trione tenet Iohannes de Vineola, hanc autem vineolam et terrulam qualiter sunt hiis prescriptis finibus circumdatas per designata latera quattuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, tibi dicto Petro vendimus et tradimus insolutum pro quattuor solidis quos iam a te recepimus nomine totius precii. Quapropter damus et tradimus tam tibi prenominato Petro quam tuis heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo volueritis alienandi predictam vineolam et terrulam. Insuper repromittimus tibi et heredibus tuis defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel tuos heredes molestare vel inquietare temptaverit de predicta vineola et terrula more

*P ab incarnatione in luogo di dominice incarnationis
P duecentesimo*

iudiciorum, et si nos prenominati mater et filius vel nostri heredes aut aliquis per nos vel per nostros heredes super te vel super tuos heredes venire temptaverimus vel eam deinceps aliquo modo calumpniati fuerimus seu per quodlibet ingenium repetere vel subtrahere vobis quesierimus aut defendere et guarentire eam vobis ab omnibus hominibus, ut supradictum est, noluerimus more iudiciorum, debeamus componere viginti regales aureos nomine pene, medietatem tibi et heredibus tuis, alteram medie/tatem regali curie, vendicione prephata rata perpetuo permanente, preterea guadium tibi dedimus et fideiussorem de evictione posuimus Rogerium de presbitero Riccardo. Ad maiorem cautelam iuravit dictus Alexander, presente dicta Saracina matre eius, super sancta Dei evangelia contra presentem vendicionem per se aut per subpictam personam se numquam venturus, set ipsa omni tempore inviolabilem conservaturus.

3

4

5

6

7

8

9

P Risius

P Satym

P circumdatae

P etiam

P et tuys

P omnimodum

P possidenti

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

Et taliter ego SalustiusSalustius publicus Potencie
notarius hoc instrumentum scripsi quia interfui. (SN) †
Signum manus Iohannis de Baraiano qui interfuit testis.
† Signum manus magistri Mathei Calderarii qui interfuit
testis. † Signum manus Andree Calderarii qui interfuit
testis. † Signum manus magistri Coni qui interfuit testis.

P venendi

P repromitemus

P aggiunge et

P aubthere

P Raone

P evangelica

P veat

P inviolabiler

P et

P inservatique

P teliter

6

21

P magister